



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Ludouicus Aluarez.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

ter instruxit Catholicos ibi-  
dem viactos , & expiauit,  
atque in fide firmauit ; ne il-  
lam sub haeretico iugo spe-  
ane metu industi desererent.  
Eapropter ab haereticis con-  
tumelijs , inedia , & vario  
cruelitatis inhumanæ inge-  
nio cruciatus , cognomen-  
tum apud illos habebat fe-  
rè diaboli , & Papistæ . De-  
mum plagis quoque adie-  
ctis confectus , victor animam  
edidit .

## P. Ludouicus Alnarez .

Concionator tantus fuit ,  
ut summus Pontifex Prepo-  
sito Generali dixerit ; se au-  
ditione accepisse , esse in  
Lusitania Ecclesiastæ cuius-  
dam de Societate facundiam  
tam sanctam , nomenque  
tam inclytum , ut Paulus au-  
diat à dicendi vi singulari-  
Conciones.

Q 5 Pe.

Lusitanus .  
Avisij .  
25. Nou .  
1590.

Penetrabat aures, & corda:  
 idque ut faceret, arte illâ  
 vtebatur, ut ad concionem  
 dicturus se acerrimè verbe-  
 raret, ac fleret coram Deo,  
 oraretque flagranter. Etiam  
 in ætate proiectâ pedes obi-  
 bat missiones trans Tagum,  
 libros ipse baiulans & cibi  
 aliquid; ut nobilium conui-  
 uia euitaret. Si nihil secum  
 attulisset, precario visitabat,  
 Xenodochio diuerso-  
 rij vice usus. Mundum mu-  
 liebrem infectatus est Apo-  
 stolico spiritu plenus, citra  
 humanas spes aut metum:  
 & prædixit: brevi fore, ut  
 vanum petulantemque illum  
 splendorem barbaris darent  
 fœminæ, ad maritos è vincu-  
 lis redimendos; id quod post  
 Africanam Sebastiani, Regis  
 amabilis, cladem factum. So-  
 cie-

*Manif.**Gancio.**Vanitas  
fœmina-  
rum.**Zocatio.*

cietatem tanti faciebat, ut  
diceret; se à porta nostra  
non recessurum, etiam si è  
Sociorum numero pellere-  
tur. In Christi Crucis affixi *Crucif.*  
cogitatione mentem ita de- *Patiens-*  
figebat, cùm aliás, tum verò *tia..*  
quando enata illi nescio ubi  
caro ter à chirurgo secaba-  
tur; ut nihil doloris persen-  
serit, certè fortissimè dissimu-  
lārit. A quodam, qui pra-  
uos suos mores ab eo cor-  
ripi aggrè ferebat, vene-  
num illi in missione por-  
rectum haud vana opinio-  
est. Vbi virus in venas  
grassari aduertit, in Xeno-  
dochium (non autem ad  
nobiles inuitantes) deferri  
voluit, gratias Deo agens,  
quòd in loco pauperum  
moreretur. Corpus Ebo-  
ram illatum est, pompâ om-

Q 6 nium

nium ordinum raro ibi spe-  
ctata.

P. Antonius Franciscus  
Critana.

Hispanus.

in Iapo-  
nia.

28. Nom.

1614.

etat. 64.  
Soc. 43.

Fides.

Iapon.

Nangasa-  
chi.

28. Nom.

1619.

etat. 44.  
Soc. 17.

Humilit.

Anno 1584. in Indiam, inde in Iaponiam penetrauit, zelo, & religione erga SSS. TRINITATEM ac Dei param Virginem prorsus cōspicuā. Post felices ærumnas, & Euangelium totis viribus propagatum, proscripto, & in exilium nauiganti, mors grauissimis ærumnis accelerata vitæ finem attulit.

Leonardus Kimura. Coad.

Maiores habuit quorum unus ab ipso S. Francisco Xaverio fuerat baptizatus. Licet Nangasachi nobilis esset, ac literis perbenè operam nauasset, tamen maluit Coadiutorum albo adscribi, insigni exemplo. Alijs è Ia-

po.